

JOACHIMI  
CAMERARII  
SYMBOLORUM  
AC  
EMBLEMATICUM  
ETHICO. POLITICORUM.

Centuria Quatuor

PRIMA

ARBORUM & PLANTARUM

SECUNDA

ANIMAL: QUADRUPEDIUM

TERCIA

AVIUM & VOLATILIUM

QUARTA

PISCUM & REPTILIUM

Non solum Proprietates, sed etiam Eruditorum  
sapientumq; virorum sententias & dicta memorabilia,  
artificiosa & historica methodo describit

OPUS

Cuivis hominum Statui ; utile, Ju-  
cundum & Proficuum

In hac Editione 400. figuris aeneis totaliter novis  
adornatum

MÖGVNTIÆ;

Sumptibus; LUDOVICI BOURGEAT;  
Academiae Bibliopolæ.

M. DC. XCVII.



JOACHIMI  
CAMERARI  
SYMBOLORUM  
ET  
EMBLEMATICUM  
ETHIC. POLITIC.  
CENTUR. SECUNDA.

Digitized by Google

# NON ERGO REVERTAR INULTUS.


*Vincere, vel pulchræ laus est occumbe morti,  
Sed tremulo à pugna turpe redire gradu.*



**R**HINOCEROS à cornu quod in naso unicum habet, quasi naricornis dici potest. - Martialis de gemino cornu licentia poëtica loquitur, cum alterum in dorso potius tuberosum quippiam, non proprie cornu sit. Taurum Æthiopicum Pausanias lib. V. & lib. IX. vocat, nec appetet Aristotelem

tem hujus animalis fecisse in suis scriptis mentionem. Hujus accuratam designationem curavimus exprimere ab iconē in æs eleganter incisa, ex Hispania nupet allata. Tradit autem Suetonihs Augustum Imperatorem primū Populo Romano Rhinocerotem spectandum exhibuisse, quamvis Plinius hoc Pompeio Magno ascribat. Alterum hunc habet hostem Elephas cum cornu ad faxa limate sese ad pugnam præparet & in dimicazione cum Elephantē alvum adversarii ut molliorem petat. Eamque pugnam describit quoque Oppianus lib. II. de Venatione, ac exemplum commemorat Munsterus lib. V. Cosmographiæ, ubi Elephas à Rhinocerote victus succumbuerit. Quod si ventrem hostis sui non præoccupaverit Rhinoceros (ut Aelianus refert) proboscide Elephanti feritur, ac dentibus tandem dilaniatur. Hoc Symbolo usus est Alexander, Dux Florentinus, gener Caroli V. Imper. Roman eo innuens, pro conquerenda notoris gloria, atque insuper ad Imperatoris sui existimationem propagandam, magno animo se nullum periculum subterfugere, atque eam ob causam vel præclaram victoriam reportaturum, vel ipsam etiam mortem subiturum esse. Ascriptum fuit dictum Hispanicum, *NON BVELVO SIN VINCE R*, id est, non discedat sine victoria, alludens ad versiculum Martialis:

*Rhinoceros nunquam viēius ab hoste redit.*



V.

# VIM SUSCI- TAT IRA.

*Non temere cæ am vir fortis fertur ad iram,  
Iusta sed indignè Iesus in arma ruit.*



**R**Hinocerotem non nisi admodum irritatum  
ad iram provocari, & commotum il-  
lam ægre deponere, Pietius in Hieroglyphicis  
annotat, unde excandescientiam vehementem, post  
lenitudinem ira cendi, per hoc animal veteres ex  
Oro indicasse refert. Quod etiam ex Martiale col-  
ligitur, qui hoc de eo epigramma composuit

Sollie

*Sollicitant pavidum Rhinocerota Magistri,*

*Seque diu magna coligit uera feræ.*

*Desperabantur promissa prælia Martis,*

*Sed tamen is redit cognitus ante furor.*

*Nunquæ gravem gemino cornu sic extulit ursum*

*Factat ut impositas taurus in astra pilas.*

Sic quoque viri fortes , nisi valde irritati , & aliqua insigni injuria stimulati , non cito deponunt animi sui moderationem , sed ad justam indignationem nimium provocati , tandem sese acrius incitant , & egregie viros exhibit. Quemadmodum autem ejusmodi heroicus impetus in magnis viris merito locum suum habet , ac laudem quoque meretur , sic absque discrimine non ubique imitandi sunt , sed potius aurea sententia ante oculos habenda , *QUO MAJOR , EO PLACABILIOR.* Quod dictum Nic. Reusnerus in Symbolis Imperat. prolixè explicat. Aristotel. quidem affirmat in Eth. τὰς αἰρητές εἶναι θυμοειδῆς , fortes esse iracundos , & τὸν θυμὸν δύνασθαι εὐεργεῖν , iram adjuvare eos , adducto etiam ibi Homeri testimonio. Sed Euripides præclarè monet , ἐπειδὴν σώφρονα διογνοίαν , εἶναι πρὸς σοφῶς αἰρητέος , id est , sapientis esse operari dare , ut moderate indulget ira. Versus autem integrum , unde hæc delumina sunt , leguntur apud Virgilium de Eneïo , lib. V. Aeneid.

\* \* (o) \* \*